

nico, accipe, quod anno 1137, stylo scilicet Northmannorum, « Anacletus, qui sub nomine pontificatus advixit, septimo die stante mensis Januarii mortuus est: qui sedit annis vii, et mensibus xi et diebus xxii. » Quæ verba dum allegat Baronius, pro nobis probat electionem Anacleti non esse factam 14 Februarii (ut ait ipse) sed 17, totoque biduo celatam fuisse Innocentii mortem, donec scilicet in eligendum successorem convenissent suffragia præsentium in palatio cardinalium, et tanquam vivo adhuc pontifice, sed in horas moribundo, cuncta agentium, ad rem occultandam eis qui foris erant. Mortem Anacleti Chronologus Saxo his verbis consignavit, anno prænotato: « Petrus Leonis, qui contra Innocentium papam apostolicam sedem usurpavit, obiit, successoris autem post eum electi nullam facit mentionem, credo, quia fama ejus Alpes non transierit. »

## NOTITIA DIPLOMATICA

(Philippus JAFFÉ, *Regesta pontif. Rom.*, p. 599. Berolini, 1851, 4<sup>o</sup>.)

Sententia Anacleti hæc est: DOMINUS FORTITUDO PLEBIS SUÆ (42, 49).

Bullis ejus subscripserunt:

ep. Portuensis Petrus (4), Joannes (49).

presb. card. tit. S.	Apollinaris. . . . .	Crescentius (49, 51).
»	» apostolorum. . . . .	Gregorius (4).
»	» S. Balbinæ. . . . .	Gregorius (4).
»	» S. Calixti . . . . .	Jonathas (4).
»	» Equitii . . . . .	Mathæus (49).
»	» S. Eudoxiæ . . . . .	Mathæus (39).
»	» S. Eusebii. . . . .	Amatus (45, 46, 49).
»	» S. Marcelli. . . . .	Petrus (4, 49).
»	» SS. Marcellini et Petri. . . . .	Crescentius (45, 45, 46).
»	» S. Pastoris. . . . .	Joannes (4, 45, 46).
»	» S. Praxedis . . . . .	Desiderius (4).
»	» SS. Quatuor coronatorum. . . . .	Benedictus (51).
»	» S. Sabinæ . . . . .	Comes (4).
»	»	Amatus (51).
»	» S. martyris Susannæ . . . . .	Petrus (4, 45).
»	» S. Vitalis . . . . .	Lictfredus (4).
»	»	Mathæus (42, 45).
diac. card. S.	Adriani. . . . .	Romanus (45, 49, 51).
»	» S. Angeli . . . . .	Hermannus (4, 51).
»	» SS. Cosmæ et Damiani infra templum Romuli. . . . .	Mathæus (48).
»	» SS. martyrum Cosmæ et Damiani. . . . .	Pandulfus (48, 51).
»	» S. Eustachii . . . . .	Gregorius (45, 46).
»	» S. Laurentii. . . . .	Rainaldus (45, 46).
»	» S. Lucæ in septa solis. . . . .	Silvius (4, 43, 45, 46, 48, 51).
»	» S. Mariæ in Aquiro. . . . .	Gregorius (4).
card. S.	Agathæ Oderisii (48, 50).	
Petrus Pisanus card.	(42).	
Date bullæ sunt p. m.		
Saxonis S. R. E. presb. card. et cancellarii	(4, 39, 42, 43, 44, 45, 46, 48).	
Mathæi S. R. E. presb. card. et cancellarii	(49, 51).	

## ANACLETI ANTIPAPÆ EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA

### I.

Ad archiepiscopos, episcopos, abbates, præpositos et reliquos tam clericos quam laicos per Alamanniam et Saxoniam constitutos.

(Anno 1130, Febr. 24.)

[ÉCCARD, *Corpus hist.*, II, p. 351, ex cod. Udalric., n. 359.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, vene-

### B

rabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, præpositis et reliquis tam clericis quam laicis per Alamanniam et Saxoniam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex auctoritate beati Pauli apostoli didicimus, et in nobis ipsis nuper experti sumus, quoniam vere inscrutabilia sunt judicia Dei et investigabiles viæ